

P V I S

1 6 1 8

- | | |
|--|--|
| <p>Conradi Rittershusii Paraphrasis Psalmi XC nuptiis dicitur.</p> <p>II. Berzmani paraphrasis Psalmi 121. 91. 125. 124.</p> <p>III. Berzmani paraphrasis Psalmorum 22. 16. 09.</p> <p>IV. Berzmani paraphrasis Psalmi 08.</p> <p>I. Berzmani Epipemphion Psalmorum 91. 97.</p> <p>VI. Berzmani Psalmi 104. 0. 19.</p> <p>VII. Poletani Paraphrasis Prometei Iona.</p> <p>VIII. Munderphei paraphrasis Iona.</p> <p>IX. M. Iacobi Gregorii Iona.</p> <p>X. Joannis Fabri de Nativitate Christi.</p> <p>XI. M. Theodori de Nativitate Christi.</p> <p>XII. Waltzeri Oda de Redemptionis Opere.</p> <p>XIII. Oritii de Peccatu Christi ad Inferos.</p> <p>XIV. Pomauii Heptas simulane Resurrectionis.</p> <p>XV. Stentorii ubi impudentissimis.</p> <p>XVI. Trautmanni instructio p vero Lutherano.</p> <p>XVII. Bratorii Epistola Germaniae ad Electores.</p> <p>XVIII. Moiti ex Auma ad Christianum Pr. Abbat.</p> <p>XIX. De reb. gestis Johannis Ernesti Pr. Abbat.</p> <p>XX. Henna ab Eichen ad Maunicium Pr. Episc.</p> <p>XXI. Abrahami Cremeri ad Electorem Brand.</p> <p>XXII. M. Imbingeri Statulatio in Natalem Rudolphi Principis Anhaltini.</p> <p>XXIII. Moiti in Nuptias Rudolphi Pr. Pr.</p> <p>XXIV. Berzmani Ecloga Rudolphus.</p> <p>XXV. Bromii Nuptiis ratis Rudolphi Pr.</p> <p>XXVI. Wrsini et M. Jeno Nuptiis eiusdem.</p> <p>XXVII. Parentalia Augusto Electori a D. Maiore Sabita.</p> | <p>XXVIII. Epistola Johanni Ernesto Pr. Pr. Anhaltino v Alberto Voito dicitur.</p> <p>XXIX. Fentzeii in obitum Eiusdem Principis.</p> <p>XXX. Angeli ad Baronem de W. Pr. Pr.</p> <p>XXXI. Memoriae Damolii Diepholdii.</p> <p>XXXII. Abrahami Cremeri de promotione ad Pr. Pr.</p> <p>XXXIII. Propemptica Fyselio et Cremeri dicitur.</p> <p>XXXIV. M. Victori, cum renunciaretq Rector.</p> <p>XXXV. Oda Sapphica in Doctores Honoratus Fyselii &.</p> <p>XXXVI. In Magisterii Honore Joh. Cr. Pr. Pr.</p> <p>XXXVII. Merzmanni in honorem Magisterii Coppenii XX juvenum.</p> <p>XXXVIII. M. Krotii in Magisterium Haberlandi.</p> <p>XXXIX. In Magisterium Coppenii</p> <p>XL. Bethmanni Herdesiani.</p> <p>XLI. Christiani Vopleri.</p> <p>XLII. Abrahami Theopoldii.</p> <p>XLIII. M. Coppenii Gratiam. Pr. Pr. Pr.</p> <p>XLIV. De dignitate Consulari Trevesi.</p> <p>XLV. De dignitate Notariatus Gelami.</p> <p>XLVI. Apocryphorum Politicorum sigula.</p> <p>XLVII. Nuptiis Petri a Jena.</p> <p>XLVIII. M. Pucneri.</p> <p>XLIX. M. Richardi.</p> <p>L. Wolfgangi Hanen.</p> |
|--|--|

Ec. 11



LXXIII.
C A R M I N A.

In honorem Nuptiarum

Ornatissimi doctissimiq; Viri

J O A C H I M I,

Amplissimi, Doctissimi ac Prudentissimi
Viri Dn. JOACHIMI RIVENII, Consulis
in nova Brandeburgi Urbe filii,
SPONSI,

E T

Pudicissimæ formosissimæ ac lectissimæ virginis

D O R O T H E Æ,


Amplissimi ac Prudentissimi Viri Dn.
FRIDERICI SEIDELII, Consulis quon-
dam urbis fidæ Brizensis p.m.re-
lictæ filiæ SPONSÆ,

Scripta ab Amicis.

ANNO M. DC. X. 19. Nov.

VVITEBERGÆ,

Ex typographia Martini Henckelij.



M. MARTINUS MONTAGIUS Pastor & S. in
NeoBrandenburgico Marchico.



*V*t tibi Sponsor eram, cum te Baptismate
lotum

Adscripsit cælo Filius ipse Dei,

Quiq̄ mihi claro charus cum patre fuisti,

Extera nos tellus, patria sive tulit:

En quoq̄ nunc adsum SPONDENTI lætus ad aram

Carmine gratanti, corpore, mente, prece:

Sis animo IOACHIME bono, lætusq̄ triumphæ

IPSE, tori sociam dum tibi tradit Hymen,

CHRISTUS HYMEN verus, cui juræ jugali curæ,

Inq̄, unum neclit corpus amore duos.

Is tibi connubiū jungit quoq̄, fœdere Nympham

DOROTHEEN, claro quæ sat a patre fuit,

DOROTHEEN, quæ materno quoq̄, splendet honore,

DOROTHEEN, Donis quæ nitet ipsa suis.

Hanc tibi pro studiis mercedem IOVA refundit,

Pro sumptu impenso, pro pietate tua.

TU nunc DOROTHEEN divinum amplectere munus,

Sitq̄, tuum cor, sit delictumq̄, tuum.

Quin & jucunde certetis amore jugali,

Vestraq̄, sit multa prole beatæ domus.

TU spes longos vivas ad Nestoris annos,

ILLA Sybillinos degat ad usq̄, Dies.

Tandem pertæsos vitæ præsentis, in oras

Transferat æthereas Rexq̄, Paterq̄, Poli.



A L I U D.

S Cripserat Ovidius, Præceptor is artis
mandi :

Si qua voles aptè nubere nube pari.
Legerat id RIVVEND, tandem Studiosus amoris,
Iusticia quondam qui Studiosus erat.
Ingemuit subito, marit ali plenus amore :

IOVA, mihi sociam tu quoq; jungere parem.
Respondit thalami socialis fautor & autor :

En IOACHIME parem suscipe DOROTHEAM.
Consule quam genit & prognatam Consule duces,
Qua juveni nubet nymphea juvencla proco.
Moribus excultus decoratam moribus aufer,
Formoso sponso sponsa venusta datur.

Indole præstantem quam præstans indole amabis
Dote suà dotes auxerit ista tuas.

O factum bene! IOVA DEUS, semper fac in huius
Compare compar amor spiret honore tori.

M. Christophorus Jordan, Pastor
Fidelium Bricensium.

ALL



Ex ad Hebraeos XIII.

Conjugio perpes stet honos; nec sordida le-
ctum
Turpent, hinc scortum, mæchus & absit
homo.

Est honor in *Verbo*, quod protulit ore Jehovah:

Abstergit maculas mutua flamma tori.

Dulcorat *Verbum* thalamos: exurit amoris

Virus Erin, Cari pectoris unus amor.

Felices lecti, quibus hæc tegumenta decorem

Conciliant, nullis æquiparanda Bonis.

Ergo tuum *Rivene* torum, quem *Sidelis* intrat

Auspiciè, decus hoc contegat, oro pius:

In thalamo stet honos; thalamo sub pectoris

Ardor

Æstuet, & stringent sordida nulla torum.

*M. Christoph. Barth Rector
Brandepyrge.*

A 3

FELIX

FELIX METAMORPHOSIS RIVI.
FLAMMEA ET FLAMMAERIVA.

L I S Anno 1610, facta.

HOC anno rerum mutatas, ecce, videmus
Naturas, flammam dum rapit unda leves;
Res mihi narranda est. Et transmutatio mira,
Quam Naso libris vix habet ipse suis.
Hortus amoenus erat, bene quem NEORIVVS inundat
Letificans mira fertilitate solum;
Idq; facit multos annos cum laude, Colono
Ut spes hinc frugum dives & ampla foret.
Hoc anno quid fit, dum spem fovet ille Colonus
Hortum sic RIVO fructificare suum:
Sirius ardores immensos mittit in undas
RIVI, quos auget, qua valet arte, VENVS.
Accurrunt Pater & Mater, Soror, atq; propinqui,
Et flammam RIVI stingueret fonte parant.
RIVVS in immensas ignes excrescit, & undas
Respuit innumeras; ignis in igne furit.
Stant toniti, RIVVM flammis cernuntq; scateri.
Orbe erat in toto nulla medela mali.
Donec Brizenses DONVM reperere IEHOVAE,
Quod restinguendis ignibus hisce foret.
Mox fiunt consulta viris, ne RIVVS in horto
Flagraret penitus, siccus & esset aquus:
Hoc DONVM RIVO mittunt. Mox RIVVS in horto
Flagrans extinctus, flumina leta capit.
Irrigat hinc hortum, facundo ac germine replet,
Sicq; Locatori praemia, ut ante, refert.
O Deus hunc, RIVVM cum DONO miscer omni
Permittas aeyo, quo sua DONA ferat.

Petri Dupkovij Conrectoris
Scholæ NeoBrandenburgicae.

Miror

A L I V D.

Miror quid populum fatiget hæcce
Cura, quam sibi forsan hic vel ille
Solemni face junget; hæc vel illa
Cui nuptura viro sit: Iste secum
Hanc proco sociam; sed ille secum
Illam destinat esse conjugandam.

Quid mirum magis, aut magis profanum!
Res quasi arbitrij sit ista nostri.
Solius Domini quis esse donum
Non intelligit; invenire castam &
Commodam thalamo suo maritam?
Is solus, mare feminaque junctis,
Icit Conjugiale J O V A pactum;
Is viro dare virginem, virumque
Est potis dare virgini. Quid ergo

Turba sollicita es nimis J O C H I M ●
Quæ tradenda marita sit R I V E N D O?
Ipsius Paranympus est & auspex
Autor Connubij J E H O V A, summus
Rerum ille arbiter, aura Flaminisque
Sacri pronuba: Quin magis novellis
Nunc gratare, popelle, Conjugatis;
Et mecum bona cuncta eis preceris;
Annos scilicet ut superstites sint
Multos: Ut puerisque copiosis
Crescant: Utque bonis subinde gliscant:
In Dei maneant timore semper;
Vivant inq; hominum favore semper.

M. Petrus Vebre.

Mi



Nativitas Honoris.

MI IOACHIME! pia cuius præcordia mentis
Pacti connubij gaudia certa premunt ;
Absq; morâ mecum, prisco pro more SACELLVM
DESPRETVM Patriæ visere perge tuas.
Mira, sed apta tibi, certâ mercede: recludet
TEMPLVM HOC. Latitia signa pudica feret.
Ecce novi peragent Sponsi nova gaudia Teda
Horum tu accensas percipe mente faces.
Verum quis referet SPONSORVM nomina & ortus ?
Et quis res gestas cum ratione canet ?
Si sit amica fides ! si sit mens aptaq; fictis !
Ficta Poëtarum fabula quæq; dabit.
Ecce sed ut sponsi celeri vestigia gressu
Huc sua detorquent, templaq; sacra petunt ?
Stemmata præclari: præclari nomine: SANCTA
Dicitur hæc VIRTVS; hic LABOR assiduus.
Hic instar IOVÆ est; claras in luminis auras
Quem genuit FASTVS; mater & alma DICER.
Regula quis vitæ? Quis morum ex arte Magister
Tunc tua erat? victum quisq; iuventa, dabat ?
Ambos aula Iovis fovit; sed sorte sinistra.
Sponsus erat servus; libera sponsa Dea.
Hos igitur justo Deus est amplexus amore;
Immemor officij nemo erat usq; sui.
Vir gravitatis amans erat; indicebat honores
Emeritosq; Deo vir pietate gravis.
Fuscus erat facie? Quid ni? nisi fusca figura
Sepe viros ornet, falsa poeta canit ?

Scanderet ut Pindi juga, nil linquebat in ausum,
Mens erat haec: doctis se associare viris.
Nec sua Virtuti desunt praemia laudis;
Sculpta in marmoreis praemia digna typis!
Hanc ÆQVI, hanc IVSTI, TEMPLIQVE, Larisq; tenaces
In nostris verax fama susurrat agris.
Quae non VIRTUTIS tentarent pectora laudes?
Hanc LABOR ingenuo raptus amore cupit.
Infit &: una placet; praemillibus una placebat,
Vna mihi placuit: cui una placebit ero.
Virtus huic contra: si stat sententia patrum,
Et tua: bina unum pectora pectus erunt.
Stat patrum & sponsi ratum & irrevocabile verbum,
Lex datur: hos Sponfos copula sancta liget.
Omnis abest mora. Finitur citò temporis hora,
Qua tractent unum corpora bina iugum.
Causa subest. Fixis mellita CALVMNIA telis
Non raro dirimit; quos liget ipse DEVS.
Annuit hinc coeptis, sancti Servator & autor
Conjugii; placidae tempora patris agant.
Omnibus una manet mens consona; pectus & unum
Vna manet pietas, & manet una fides.
Nec tamen hunc fecit pulchrâ cum prole parentem
Donec quinq; tepens Lustra peregit Eos.
Quin horum fuerit Lucina miserta, pateret
Si toti SOPHIAE cederet almus apex.
Temporis omen erat felix. Nam more parentum
Voce movere solum quemq; manebat unus.
Lux Martini aderat, Cereris qua dona replabant
Mensas, & puro pocula plena mero.
Tunc primogenitum VIRTUS enixa puellum est,
Sic quid Lustra negant; firmat id una dies.
Vsq; adeo verum est: fidentem nescit Iova
Deseruisse! cupin' fidere? fide DEO!
Hinc ex diverso sedem confluit in unam
Et matrum atq; senum sancta caterva virum.

B

Omnes ex animo VIRTUTI fausta precantes
Latitiae lacrymis signa dedere suis.
Ipse parens sobolis, lacrymis supereminet omnes
Et Matri & Gnato basta mille refert.
Vnanimis lato testantur gaudia plausu.
Sed cunctos dubius nominis error habet.
Hinc jam ævo gravior; cui jam meliorq; sub imo
Præ reliquis sensus corde latebat ait:
Nonne alternanti potior sententia restat?
Restat. Chære puer nomen HONORIS habere!
Nectantum. Rebus sine splendida nomina profunt
Quid? nihil. Insignem res probat ipsa fidem.
En! tres opto tibi Charites, atq; expeto Nymphas
Cum queis per vitam tu reverenter age.
Namq; famem nummi; Recti iustiq; ruinam
Has pepulisse solo, scripta vetusta sonant.
Tu sine lite piâ cum nupta transige vitam!
O spes vitam transige sponse tuam!
Annuat huic voto; votum qui perficit unus!
Annuus is faciat crescat HONORIS honor!
Dixerat: extemplo linguis animisq; faventes
Omnes latitjâ recta repleta perunt.
Nec mora nos tardet. Satis o vos pabula ocelli
Carpistis! victu mens revocetur avet.

Quid sibi ficta velint, non est quod Amice requiris,
Quippe quod id præsens temporis hora doces.

Anno

AD Int. Iam Ceptis fata benigna tuis.

Paulus Croppius Cantor Brandenburg.

ALIVD

A L I V D.

Vidimus ut magis (et si animus meminisse stu-
pescit)

Martiades perterritus inuicrone minace
Personat horrendū mordaci & murmure rauco,
Atq; tyrannigenus, sanguis vix sorbus, ubiq;
Degener à pacis studiis, internecina uis cis
Bella propinat, præhorrissonas veluti gladiator,
Terrigenis, totum ut gladiis everrere mundum
Mens animusq; est, & ferre ad fera dramata Fati:
Ut Phlegethon igneis hamo ferruminat unco
Vortice præpiceo, pallenti sulfure mixtos:
Pallida Thisiphone ut, piceis redimita capillis,
Inficit, instillans animis lethale venenum,
Unde calor vitalis abit mortalibus omnis.

Talia cuncta quidē crudelia diraq; habentur,
Atq; animos sæva subito formidine cingunt:
Sed nihil ex tantis video monstrosius, hoc quam:
Cernere Mundicolas Epicuros de grege porci,
Cernere lascivam rabiem Turcæ malefani,
Horrida prostibula, arbitrio permissa soluto,
In spurcis stupris, lenociniisq; nefandis:
Cernere SEMIDEI, quem squalida Dæmonis uxor
Monstrigero eminxit gremio, ardores male-
castos, (ingens!
Cernere rancidulum catamitum: heu dedecus

Intepuere Deo, phy inconsiliata caterva:
Sunt Heliogabali, Nerones, Sardanapali,
Mancipia exitiosa stygis, mera stercora olentes.
Ad diros Pluteos! mundi hæc melioris imago
Detestatur uti corvum, picumq; sinistrum:
Dum cor ab obsequio divertit corporis omni
Ad curas rerum, quas fert sapientia: (NAM QUID
HIC VITÆ CURRUS SAPIENTIA NI EST AU-
RIGA)

Impuris illi Satanæ furiis agitantur,
Et rident SUPEROS fanda atq; nefanda pa-
trantes.

Sed quam vindicibus Deus iris hocce suillum
Afficiet pecus, est in aprico: præmia habebunt
Tristia Tartareis adsciti, ubi grandè fathiscent.

O laudanda magis Lex sacri connubii: Nam
Sicubi se accinxit primum Natura decori,
Omnipotens Genitor Sociam sociabat Adamo,
Ut duo se infinent nunquam cessante calore,
Ut pietate queant repræsentare Tremendum
Achis munditiis præcellere bruta caduca:
DURAT ENIM UNITUM FIERI QUOD
NUMINA POSCUNT.

O felix Pietas, & cordis lactea nutrix,
Virtus, divitiæ mundi sine fine beatæ:
Prosequitur Deus has oculis animiq; favore,
Munere ditat eas, auro pretiosior omni.

Ten

Ten' ten' mi Riveniades bone participem
harum

Edicam? Themidos vivum jubar; an tetigistin?
Musarum digito clarium cervical Olympi?

Sudore Herculeo sinuosa volumina juris

Gustastin? sic est, te totum rite suēsti

Justiciæ rostris sapientipotētib; ausis

Bis virtute tua felix; nunc clarij olympi

Te ingens raptat amor, nunc sacrosancta Volu-
ptas

Ecce tibi Eugeniā jungit Zephyritis honore,

Flammigeri viden' ut bene luxuriantur ocelli?

Quam lepidi circumvolitant Genij agmine dulci

Mille joci, Deæ flāmpugæ, Veneris ridibundæ,

Curineæ? en formosa genus. pudibundāq; vul-
tu n est; (dor,

Cujus ab ignigeno ore Lepos, oculicremus ar-
Sic pietas, mores, & pulchri forma refulgent.

Nil etenim melius, nil pulchrius, atq; putatur

Fœmina, pauca loquens, facile officiosa marito,

Semihilaris, patiens, pia, sobria, munda, pudica

Non percontatrix, non vicinæ incita luxu.

Scilicet hac Domini radijs fama q; coruscat,

Unica curarum est limes, gibbosa senectus

Postquam victa situ fuerit, levamen amicum.

O felix tempus tibi nunc insigniter aptum!

Sat sat enim fiunt cito quæ modo sat bene fiunt.

In thalamos fausto augurio nunc scande, pudicæ
Te Venerillæ junge jugo, da basia parcè,
Ni cor transfugiat semhiulca sub oscula ductū.
Vive diu felix: sit mens tibi conscia recti. (gârūt
Quod tibi Fata dedere cape: & quod, sperne, ne-
Ac Jovis è manibus bibe fulmina cūcta valenter
NAM SUFFERRE MALUM PATIENS, EST VINCERE FA-
Prævideas; tua quò vita est syncerior omni, (TUM.
Hoc major vitæ sit cura tuæ tibi; sed nunc
JUSTIOR UT QUISQUIS, PLURES HOC INVIDA FATA
INTENDUNT LAQUEOS ET RETIA SUBDOLA
TENDUNT:

Vivat amor, jungatq; pares in sede jugales:
Vinclum non majus genijs mortalibus ortis
FONS SEMPITERNUS dedit: hic vos perpete fotu
Collustret, sobole, auriferoq; Tago, & satis esto,
Hic vixisse choroq;, foroq;, thoroq;, poloq;.

Carolus Nicolai.

Ejusdem.

U Bivaga velut hominis anima, studia dubia
Coquit in opere, quid agat habeo
Neq;, neq; scio ego satis
Quia reverita mala cata vigilia fugitat, at
Viridia fore cupit & adeo
Hilariter avet animo

Solet

Solet ita quoq; facere thalami hilare Venere qui
Febriat & inhiat & ea quidem
Licita placitaq; Deo
Grave sed opus & onus, agere virum & agere vi-
Semel ubi data manus, ad obitum (ram:
Rataq; stataq; maneat.
Sed ut utiq; JOVE PATRE duce, comiteq; Charite
Cadat opus, initia prece facit
Sacer homo crepericrepâ
Pol ea quoq; volitio tua, Proce bone, meminit
Cita Venere, preceq; vigil opus
Operâ homogenum initians.
Neq; tua Proca novitia: genere sata celebri,
Tua melica, gracilis; humilis, &
Graphica; quid opus edera,
Fuit ita verita capere decus agile Themidos.
Bene igitur ut initia se habeant
Jugaq;, rogitō. Proce tu
Facito tua: rotula etenim agitur age familiæ:
Tibi vigeat animus & anima
Lepide, jocule, fociâ
Calefacimini, animulus amet, animula redamet
Studeat agere, quod adigit honor
Facere, volupe quod hero:
Neq; sit herifuga, sed & heripeta, thoripetaq;
Metuat & amet animitus eum,
Suaq; tudicula gerat.

Ita

Ita peragite stabile, hilare, virideq; senium
 Agite, bene, sua dateq; thoro,
 Reliqua familia fiet.
 Colite quoq; sacra, petiteq; gemitibus alacres
 Ne Colubrigerula Furia, neq;
 Tenebrio neq; blatero
 Vel alia gravia scelera remora Facis, at ea
 Petite, rapite, quatite, trahite,
 Et avia prece facite,
 Supera ubi Atropos oculitega petijt, animula
 Capiet opipara pretia polo,
 Nece penitus abolita,

C. N.



Miror posthabitis nostris Ioachime puellis
 Bricensi potius cur sociasse juvet?
 Miror cur nostra subeant fastidia formae,
 Patria cum formas, quas petis, Ecce, daret.
 Mirari aſt deſino, modo dum ſuccurrat: Amantes,
 Quod liget & ſolvat provida cura Dei.
 Gen. 44. *Testis eris nobis tu o caſta virago Rebecca,*
Que thalamo Iſaci conſocianda venis.
 Ex. 2. *Sit Moſes teſtis: Teſtis pius ille Tobias,*
 Tob. 7. *Cui Divus Raphaël pronubus ipſe fuit.*
 O nimium felix! Summi cui Gratia Iovæ
 Annuit, & Conjunx venit ab arce poli.

516

*Sic igitur felix & tu quoque Sponse novelle,
Cum tibi de cœli culmine dō ego adest.
Argo Jēs dō ego gratā hoc tu mente vicissim
Compensa, & ferto munera multa DEO.*

Andreas Mohr Salderianæ Scho-
læ Collega Quartus & Nobilium
Stipend. Præceptor pr.



A L I U D.

*Nomina conveniunt rebus sapissime, Sponsus
Nomine sic sponsam novit, & illa virum.*

JOACHIMUS RIVENEUS

ἀναγεγραμμένος:

HIC JUVENIS MEUS AMOR.
DOROTHEA SEIDELINA.

ἀναγεγραμμένος:

THALEIA ΔΩΡΟΝΔΕΙΕΣ.

Riveni claris Musarum educte sub antris;
Laberis hinc puris Rivus amœnus aquis,
*Te sacra legitimi detectant jura cubilis?
Jussus ut à Domino jussa verenda facis.*

G

Optimo

Optima quæq; Pater superum cultoribus offert :
 Præstat confisis optima quæque sibi.
 Sponsus id exemplo est, quod habet cui dicere possit :
 Chara THALEIA DEI ΔΩΡΟΝ ES egregium.
 Insit & illa brevi caro nuptura marito :
 HIC IUVENIS MEUS est unius & unus AMOR.
 Semper hic ad nostri quoq; pectoris ima latebit
 Donec ad aetheras mens revocanda domus.
 En tibi Nuptorum par nobile : pulchrius ipso
 Titane à rutilo qui vehit axe diem.
 Vivite felices : vestris ut moribus æquum
 Ludite, nec ludum fors inimica vetet
 Plurimi ut à Rivo consurgant Rivuli, Amoris
 Pignora : Tu votis annue CHRISTE meis.
 Jacobus Clisius Stendaliensis, Scholæ
 novæ Brandeburgensium urbis
 Collega.



Ad Sponsum.

Οὐ Προνίμφ' ἀγαθῆς γλυκερώτερόν ἔστι γλῶσσοσ,
 Ἄνδρ' ἰδὲ ἀχαλόωντι παραίφασις ἔστι μεγίστη
 Αὐτῇ ἀκω Φελίης τε μέλις, μέγαρον τε Φυλάσσοσ.
 Τοιαυτὴν νῦν σοὶ παρέδωκαν Νύμφε τοκῆες,
 Οὐ γὰρ πῖς βλάβη χαλεπῶσιν ὄνειδεσι θυμὸν,
 Ἦς δ' ἄπο μὲν γλώσσης μέλιτι & γλυκῶν ῥέει ἀυδὴ
 Λιδῶσ μαρμα εἴσσι τε ὄφθαλμοῖσιν ἔπεσιν.
 Καλὸν μὲν, δέρας ἀγνὸν ἔχον, ἀδμήτα τε μίμνην
 Παρθενικὴν, κατὰ ῥοῖσι τ' αἰετὸν μελεδήμασι χαιρέον
 Ἄλλὰ καταφρονέσθε ὅμως μὴ δῶρ' Ἀφροδίτης.
 Ἐς γάμον ἐλθόντες καλὸν ποιήτε Φιλοῖτε
 Νῦν ποιήσατο ἔπος ἄρα, Ἐφρονα θυμὸν ἔχοντες

Τετάρτη

Τετράμυροι κητάρη ὅπα ἡμερθέσαν ἔχοντα.
Βυχομύρω μοι κλύθι θεός δ'. Ἀπό κήρας ἀλαλκία.

Distichon Chronologicum.

Sponse noVena Dies bis LVXIIt & Vna NoVeMbris,
QVa tibi se IVnXIIt perpla sponfa plo.

Georgius Andrea Br.



A L I U D.

DVm Neonymphe modò sociam tibi jungier
optas:

Rem facis, auctori qua est placitura

DEO.

Hic siquidem instituit Paradisi tempore puro

Conjugium, & primos sanxit amore toros.

Vivat ut inde vagas Veneres exosus uterq;

Conjux, & lecti pignora lecta ferat

Qua successive discant agnoscere sese,

Laudesq; eternas amplificare Dei.

Quare conjugio video nil sanctius unquam,

Nec mage quod possit more placere Deo.

Hinc meritò sociam cupis, & pertesus amores

Illicitos, liciti ac vincla subis thalami.

C 2

Et

Et tibi syncera socias pietate puellam
 Idalia similem membra decora Dea:
 Quae pudicitiae decoratur laude, satisq;
 Te digna ornata est dotibus egregiis.
 Hanc IOACHIME tibi grator quoq; latus, amicis
 Cum reliquis faciens vota precesq; Deo.
 Connubiis fausto vestris ut Numine prestò
 Sit, procul ac abigat quaeq; nociva toro.
 Eumenidesq; fuget, maneat CONCORDIA sancta
 Vinciat atq; liget vosmet amica VENUS.
 Faustiter ac Pyliam faciat superare senectam
 Post vigeat tadis obsita prole domus.

Christophorus Voget Navenſis-March.



A L I U D.

Monstravere viam num tua fata, nunc
 Montravere viam; sis hilaris, locat
 HYMEN te arte politum
 Comtae inter VENERIS duces.
 Quò BELLONA filer: candida PAX vigeat:
 Quò BACHI fruimur munere: collocat
 HYMEN te arte politum
 Comtae inter VENERIS duces.
 I, nunc

I, nunc ad thalamum mi DOROTHEOLÆ
RIVVENI sociæ: consule quæ fata
BRIZENSI FRIDERICO
SEIDEL, matre TAMINIA:

I, te, dico, virum Sponsulæ amabili
Præbe, moribus & fac placidissimis
Fidi munera maris
Et cultoris agri boni.

Sortis multijugæ fertiltor seges
Ac dulcis sobolis, plannæ oleæ in modum:
Scriptura ut Neonymphe
Experti quoq; refferunt.

His nunc suscipias vota rudi fero
Quæ metro: THALAMUS SIT TOLERABILIS
VESTER: TEMPORA LONGA
VOBIS CONIUGIBUS PRECOR.

Ioannes Villenius Iutreb. Sax.

A Vdijt Omnipotens tandem suspiria mœsta,
Atq; preces ô Sponse tuas explevit abunde,
Ex votis tibi dum Nympham conjungit amœnam,
Cum qua rite potes thalamos intrare jugales,
Et præstare Deo studium, cultusq; placentes.
O factum bene quod tam firmo fœdere Nympham
Mi Ioachime tibi socias, quam plurima virtus,
Quam pietatis honos, quam sors, quam Fama Parentum
Condecorant. O factum bene Nympha venustas
Quod tibi conjungis juvenem tam fœdere sacro,
Quem genus, & pietas, quem sors, quem Fama Parentum
Quem pia Calliope decorat, quem docta Minerva.
Vivite concordés ambo dum Fata benigna
Concedent vobis, vitali vescier aura,
Vivite concordés & suavi crescite proles
Et vitam & sortem vestram p̄ a Fata secudent.

Martinus Montægius Junior.

ALIVD.

Qui Deus immenso fundavit cardine Mundum,
Et validâ servat, cuncta creata manu.

Primus is instituit thalamum, primosq; parentes,
Elyfio in campo junxit amore pio:

Illius infantum laus ampla ut ab ore sonaret

Et genus humanum cresceret inde diu.

Ergo abeant Monachi, nati sine pectore fratres,

Qui populi pascunt sanguine ventris onus,

Sacraq; qui casti damnantes jura cubilis,

Despiciunt summi jura tremenda Dei:

Tu JOACHIME RIVVENDT contra quod jussa Jehovæ

Servas, obsequij dexteritate vales,

Et felix nimium es, solidoq; ex asse beatus,

Connubij quod tu vincula casta subis:

Quæ confirmavit Christus patris unica proles,

Dum thalami tædis, ipse vocatus, adest,

Et probat effectu, tales quod diligit igneis,

Conficit ut lymphâ dulcia pocula meri.

Quare etiam summo sic disponente Jehovâ,

Nympha animo præstans obrigit ecce tibi,

Quam genuit Seidel Bricenâ consul in Urbe,

Sinceræ cultor qui probitatis erat:

Ornat quam pietas, quam fama suprema pudoris,

Quæ laudem castæ virginitatis habet,

Gratuler ergo tibi meritò faustissime Sponse,

Quod venit in thalamum Sponsa venusta tuum.

Floreat & vigeat thalamus, Deus huncq; secundet,

Et mensam liberis sepiat ille tuam.

Vivite felices, sociali fœdere juncti,

Nestoris & Pylij vos superate dies.

ἔπεοδίστατον continens annum & diem Nuptiarum.

ELisabethæ Vt LVX CœLor Vt LLante refVLget,

Dorotheæ SponsVs IVnglt Vr eCCe RIVVendT.

Erasmus Seidelius Bricenas Sponse Frater.

ALIUD.



A L I U D.

○ *Ordine conscribat gratantia carmina lon-*
go,
Quisquis ab Aonio, largius amne
bibit.

Id mihi cum desit, satis est si dixerò tantum,
Conjugium profit, sponse novelle tibi.

Johannes Chemnitius Spon-
sæ affinis.

F I N I S.





*Id 4212.
8.*

ULB Halle 3
002 391 589




So

Me
vom







A.
 otiarum
 Viri
M I,
 Prudentissimi
 VII, Consulis
 be filii,

 sime virginis
E Æ,
 mi Viri Dn,
 fulis quon-
 .m.re-
 is.
 9. Nov.
 E,
 ni Henckelij.

73

